



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Analysis Methodica Ivis Pontificii

Venator, Daniel

[S.I.], 1579

VD16 V 541

De Pvrgatione Vvlgari. Titulus XXXV.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63204](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-63204)

3032 ANALYS. IVRIS PONTIFICII
DE PURGATIONE VULGARI.

Titulus XXXV.

Continuatio.

Altera species purgationis est vulgaris, quæ cum ex superstitione hominum inuidorum inueniente profecta sit, Canonibus non immerito improbatur, c. Mennam, §. purgationem, 2. quest. 4.

Quid est Purgatio vulgaris?

Vulgaris purgatio dicitur, quam vulgus contra sanctorum patrum traditiones & sancta superstitione, & ex inuidia induxit, c. consuluisti, 2. q. 4.

Quæ causa Efficiens?

Ipse satan, superstitione, & inuidia vulgi, d. c. Mennā, §. purgationem in verb. fabricante inuidia, 2. q. 4. & d. c. consuluisti, in verb. superstitione ad inuentione.

Quæ Materia?

Crimen non manifestum, sed occultum. Cuius cognitio & punitio soli Deo, qui omnium corda nouit relinquenda est, d. c. consuluisti, §. occulta, 2. q. 4. c. i. & c. ii. extr. eod.

Quæ Forma?

Est aquæ frigidæ, candardis ferri, vel singularis certaminis, vel alterius rei ex superstitione inuentione vulgaris institutæ iudicium, ad probandæ suspecti innocentiam, vel extorquendam criminis occulti confessionem adhibitu, c. consuluisti, c. Mennam, 2. q. 4. c. i. c. 2. & c. ii. extr. eod.

Quis Finis & Effectus?

Vt, postquam subiit suspectus iudicium ferri candardis, vel aquæ frigidæ alteriusq; rei, si non sequatur lex. si quasi demonstrata innocentia impunè euadat: si minus poenis ciuilibus subdatur, d. c. fin. extr. cod.

Q^{ua}



Quæ causa Prohibitionis?

Hæc purgatio vulgaris prohibetur. 1. Quia sancto
rum Patrum sancitis aduersatur, c. consuluisti, 2. q. 4.
2. Quia superstitionis, inuidiosa & nocua est, c. signifi-
cantibus, extr. eod. &c., c. satis peruersum, 65. dist. Deni-
que. Quia hoc genere superstitionis Deus tentari vide-
tur, c. monomachiam, 2. q. 4. quod omnibus modis ca-
vendū est, c. si nulla vrget, 23. q. 8. &c., c. quæritur, 22q. 2.

DE INIVRIIS ET DAMNO dato.

Titulus XXXVI.

Continuatio.

I S, qui canonica purgatione innocentia suam ostendit, c. contra accusatorem, qui falso obiecto criminis diffamauit, iniuriarum experiri potest.

Quot modis accipitur Iniuria?

Duobus modis generaliter & specialiter. Vnde gene-
raliter accipiendo iniuriā, iniuria ex eo dicta est, quod
non iure fiat. Omne enim, quod non iure fit, iniuria
fieri dicitur: quandoque etiam significat damnum cul-
pa datum; vt in lege Aquilia, & interdum iniquitatē,
specialiter autē iniuria dicitur contumelia: contumelia
dicta à contemnendo, l. i. ff. cod. in princip.

Quid Iniuria specialiter accepta?

Iniuria est, delictum quod committitur, cùm liberi
hominis corpus, dignitas vel fama lèditur.

Quæ causa Efficiens?

Affectus & voluntas iniuriandi. Nam si noluerit
iniuriā facere quis non tenetur. volūtas enim & pro-
positum delinquentis, sicuti maleficia distinguunt, ita
ea quoque inducunt, l. quæ iniuria, ff. de furt. & Bart.
consil. 104. vīsis, l. i. ff. si quan. pau. fecis. dicatur. & iniu-
ria ex affectu facientis consistere dicitur, c. illud rela-
tum, 16. q. 1.

Tts 5

Quæ